e-codices

Sit ꝓpositū minorē toni partem ꝑ consonantiā sumere inacutā partē atq; grauem. Minor uero toni pars .ē. spatiū quo duos tonos diatesseron ↄ̄sonantia transcendit. Sit enim sonus .A. intendo ab .A. diatesseron ad .B. Rursus intendo a .B. diatesseron ad .C. Et ab .C. rōmitto diapente ad .D. Tonus ē igitur .BD. Rursus a .D. intendo diatesseron ad .E. Remitto iterū ab .E. diapente ad .F. Ton̄ ē igitur .DF. Duo igitur sunt toni .BD. DF. & erat .BA. integrū diatesseron. Erit igitur .FA. minor toni pars q̄ semitoniū nuncupatur.



Ad grauiorem uero partem hoc modo. Sit sonus .A. Intendo duos tonos ꝑ consonantiā ad .G. diatessaron ū ab .G. remitto ad .K. Erit igitur .KA. minor semitonii pars quod oportebat efficere.





Si igitur trib; tonis diatessaron auferam. apotome fit reliqua. Sint enī tres toni .AB. BC. CD. Ab his auferatur .AE. diatessaron. Erit igitur .EC semitonium min̄. Apotome igitur ē .ED.



License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. p.%2080 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/p.%2080)